

A autoritate collige unum aliud quod Mathematica loquendo contraria possunt esse eiusdem speciei, ut patet in casu de duobus motibus circularibus super eodem centro & eiusdem polis ad partes diuersas. Sed naturaliter contraria sunt diuersarum specierum, & tunc definitio contrariorum. & in 10. Meta. in tex. comen. 3. contraria sunt quae sub eodem genere posita maxime distant, ueritatem habet de contrariis sensibilibus. Nam si aliqua contraria secundum physicam considerationem essent eiusdem speciei, tunc aliquid seipsum corrumperet. nam cum unum contrariorum sit per se destructiuum alterius, & in his quae eiusdem speciei quaequid per se competit uni per se competit cuius bet, sic accideret aliquid per se esse summe corruptiuum, ut patet intuitu. hoc autem Mathematicis abstractentibus à qualitatibus sensibilibus contrariis, quae sunt causa actionis & passionis non contingit, unde sine praedictio dicitur potest aliqua contraria esse eiusdem speciei. scilicet expressatur Commen. in loco praesallegato. Similiter etiam Mathematicis insequens imaginationem dicit continuum esse augmentabile in infinitum. sed naturalis, ut supra dictum fuit in hac propositione simpliciter loquendo non concordat cum Geometra, ut dicit Comen. in 3. Phy. in comen. 60. quia ire ad augmentum est ire ad formam, forma autem est ratio finitudinis & terminationis, & si concordat hoc non est nisi secundum quid & ratione materiae, quia augmentatio merito materiae statum non habet. Similiter in hac propositione simpliciter concordat Naturalis, & Geometra. uidelicet continuum est diuisibile in infinitum, quia ire ad diuisionem est ire ad nihil & ad non esse, ut dicit Commenat. & imperfectiores simpliciter reducuntur ad materiam, tum quia diuisio non competit formae nisi per accidens. diuisio enim in infinitum ratione formae non progreditur, quia datur minima caro, ut dicit Aristote. in primo Phys. in tex. comen. 36. & ideo dicit Commen. in quarto Phys. in com. 72. quae admodum linea secundum quod linea est, potest diuidi in infinitum, quod est impossibile secundum quod est linea terrestris, aut ignea, ita de subtilitate potest intelligi, processus in infinitum ex sua natura, scilicet secundum quod est subtilitas simpliciter, non secundum quod est subtilitas corporis mobilis. & ita in ista eundem quid discordat, quia diuisio attestatur imperfectio nisi simpliciter. sic intellige dictum Commen. in 3. Phy. cō. 60. quod in illa non concordat, quae dicit continuum esse augmentabile in infinitum Naturalis cum Geometra. uidelicet simpliciter, quia augmentatio attestatur perfectioni, & absolute reducit ad formam non materiam nisi secundario & secundum quid, & quia materia est causa finitudinis, ratione eius augmentatio uadit in infinitum, ut supra dictum fuit. scilicet in hac discordat simpliciter, & secundum quid concordat, & ita oppositis modis se habent in istis duabus propositionibus istius duos artifices Naturalis uidelicet & Geometra. Similiter Geometra insequens imaginationem dicit motum in quantum motus est esse augmentabilem in infinitum, sed Naturalis negat istud, & ista est solutio Auer. si bene consideras in 6. Phys. in comen. 15. ad quaestionem ibi motum, dum quaerit quomodo est possibile quod omne motum potest moueri motu uelociori suo motu. Nam declaratum quod motus motorum naturalium terminatus est in uelocitate, & tarditate. Et ceterum impossibile est, ut sit uelocius, ut potest declarabitur, ergo propositio quae ponitur hic possibilis est impossibilis, & solucio dicitur ad hoc autem dicamus quod omne motum secundum quod est motum possibile est ut moueatur motu uelociori suo motu secundum quod est motus, & causa in hoc est, quoniam motus est de continuo, & uelocitas quae est in motu est similis diuisibilitati in continuo, quemadmodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum. Similiter uelocitas in motu, quoniam si uelocitas finiretur in motu secundum quod est motus, esset possibile motum fieri in instanti. Et forte propter hoc dixit prius quod omnis motus est in tempore, & sic ita propositio est possibilis per se, impossibilis per accidens. s. quia

accidit motui qui fuit in rebus naturalibus. i. materialibus, ubi expresse testatur propositionem illam ueritatem habere de motu, ut est in rebus Mathematicis, & secundum esse imaginarium, non autem ut est in corpore naturali, sic enim omnium natura constantium terminus, est magnitudinis & augmentis, & actus unicuique, est determinatum minimum tempus ad non excedere, ut dicitur in 2. Celi, & in 10. di. in tex. comen. 29. & ista est uera expositio illius loci, sic enim dicit in simili Commen. de Subtilitate in 4. Phys. in comen. 72. in Calce commenti quod ex natura sui est diuisibilis in infinitum sicut linea, non autem secundum quod est subtilitas corporis mobilis, & sic dicit illam propositionem esse falsam possibilem, & ex falso possibili non sequitur falsum impossibile, & dicit quod Aristo. illo modo declarationis multoties utitur etiam Plato. ille est uera declaratio, quoniam non ponitur falsum in eo, quod est falsum impossibile, sed secundum quod est falsum possibile. Similiter etiam Naturalis dicit quod figura recta non est comparabilis figurae actuali, quia 7. Phys. tex. comen. 31. comparatio fit in specie atomi, & ideo motus circularis non est comparabilis motui recto, tamen Mathematicus sequens imaginationem dicit oppositum, unde Commen. 7. Phys. comen. 29. inquit, & intendat per hoc quod impossibile est de quantitatibus esse aequales nisi rectas tantum, aut circulares tantum. s. quae sunt eiusdem speciei, cum ista sibi superponatur. & ideo dicitur quod quantitates curuae non aequantur, nisi finit eiusdem circuli, quod autem dicitur Geometra quod linea recta est breuissima linea ducta inter duo puncta, dicitur large, & aequalitas dicitur de eis ferè aequiuoce, & similiter hoc quod dicitur quod circumferentia alicuius circuli est aequalis figurae polygonae, dixit & Geometra non decipitur in hoc, quia possibile est existimare lineam rectam quae incuruetur, & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente, attribuit hoc proprie Geometra. Et ex hoc aliàs recole me dixisse & nunc idem confirmo, quod quadratura circuli non est possibilis propter praedictam causam Physice loquendo, unde Auer. dicit in 10. Meta. comen. 10. quod linea actualis non potest aequari lineae recte. Tamen Mathematica illa quadratura possibilis est, ut testatur diuinus Boetius in Praedicamentis, quia Mathematicus potest imaginari lineam rectam incuruari. Similiter etiam secundum Mathematicam considerationem instans causat tempus, sicut punctus lineam, & tamē Naturalis in 6. Phys. ostendit quod tempus non componitur ex instantibus, nec linea componitur ex punctis, eundem enim ratio nis est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi indiuisibilia, aut nihil, ut dicitur ibidem tex. comen. 4. Et sic potest ibi parere solutio ardua difficultatis, & in fit idem nunc in toto tempore, quae fuit mota ab Aristo. in 4. Phys. & soluta ibidem in tex. comen. 104. dixit enim quod est idem nunc secundum substantiam in toto tempore, uariatum tamen secundum esse. patet enim quod solutio illa est secundum Mathematicam considerationem, unde Commen. ibi in comen. 04. scribit causa in hoc quod instans est tale, est hoc quod dicam, iam enim praediximus quod motus sequitur quantitatem in hoc quod sit continuus: quoniam continuatio, & alia quem habet secundum quod est quantitas continua sunt in eo ex mensura, & similiter etiam tempus sequitur motum. Et secundum hunc modum translatio sequitur translationem, & tempus in stans, quoniam instans agit tempus sicut traslatum translatione, & punctus mensuram. nam ut Geometra dicit cum punctus mouetur facit mensuram. Ecce quod uidet instans agere tempus per sui fluxum, sicut punctus per sui fluxum causat mensuram seu lineam, omnia enim ista uera sunt ad imaginationem, secundum quam possibile est imaginari aliquid quod indiuisibile moueri & fluere. Cui tamē Naturalis ista habet negare, & ista est uera solutio illius quaestionis, qua Antonius And. & alii uideri non potuerunt in 3. Meta. q. ulti. unde causa erroris fuit, quia non uiderunt istam perplexionem contingere, quia ista scientia plerumque miscetur, unum non quaelibet ratio in Philosophia Naturali est natura

B Quae dicitur in infinitum impossibilem exiens secundum formam excidetur a Philosopho

C Quae dicitur in infinitum impossibilem excidetur a Philosopho

M Quae dicitur in infinitum impossibilem excidetur a Philosopho

Nota quod daturur citu

Solutio ardua difficultatis

habitu

siuidio